Famati olim H et H coniugum civium H vero et ab eis descendentes haeredes bona certa ad eos iure haereditario devoluta per H in Civitate Illustritatis V. detenta et arresta ta quae iure optimo illis deberentur. Licet autem cum perspicuum et in pactis communibus expressum sit subditos nostros in Civitatibus ac ditionibus Illustritatis V. cuipiam respondere aut satisfacere non teneri sed tantum in foro et iure suo competenti. Faciendum nobis putavimus ut hac iure ad Illustritatem V. literas nostras daremus ab eaque postularemus quemadmodum postulamus ut Illustritas V. vice a restum per eum ipsum H impositum authoritate sua sub levet idque efficiat et administret prout necessitas et aequitas ipsorum subditorum nostrorum exposcere videbitur. Commiseramus namque certis Commissarijs nostris omnium controversiarum et differentiarum inter H et eos ipsos haeredes ratione bonorum quorumvis H ab ipso H quorundam bonorum derelictorum cognitionem et iudicianam decisionem. Sed cum iam eae ipsae controversiae et differentiae antea quidem sententia Commissariorum nostrorum tandem vero decretorum consentientibus partibus decisae sint constetque olim H bona in ditionibus Illustritatis habuisse postulamus ab Illustritate Vestra ut detentio in negocio per nos latam quod ad ea bona quae iurisditioni Illustritatis Vestrae sub sunt executioni debitae demandet et demandari iubeat. Factura Illustritas Vestra rem et nobis gratam et sua aequitate dignam quam bene valere cupimus. Datum etc.

Mandatum ad Judicium Crac. ut appellationem admittat ac ex carceribus liberos faciat.

Famatis Advocato et Scabinis civitatis nostrae Crac. Fid. nostris dilectis gratiam nostram Regiam. Famati Fid. dilecti. Graviter apud nos de Fid. vestris nomine successorum olim Famati H conquestum est quod Fid. vestrae in causa et actione quae eisdem cum H et eius coniuge coram Judicio eorum intercedit non attentis ipsorum H successorum iustis et iuridicis rationibus quibus sese coram Judicio Fid. V. tutati sunt neque habita ratione allegatae litis pendentiae eorum in assertam quandam executionem processisse imo ubi protione offosa est modum iuridicae eiusdem assertae executionis excessisse et eosdem successores homines aliquos possessionatos in car-

cerem sub tuitione appellonis et interpositae citationis
stantes (licet ex adverso assertam exequtionem super rem uti
dicitur liberatam solutionis offerebant) commisisse et succes
in eisdem detineri quod quidem non satis moleste ferentes
Fid. Vris mandamus id habere volentes ut ac primum ijs
ipsis mandatum nostrum literis requisitae fuerint dictos
succes tanquam homines possessionatos ex eiusmodi carcere
dimittant et ius suum ipsos prosequi usq ad cognitionem
et decisionem causae per nos ea in parte faciend permit-
tant et nihil contra iuris communis praescriptum stante ap-
pellone facere praesumant idq pro gra nra et sub poena ex-
gatos officii sui debito

Tutoria personae ciuilis ubi se quoque Nobiles ad candē trahūt

Sigismundus III Dei gra etc

Significamus etc quia nos pro authoritate et superioritate
nostra Regia qua nobis super quosuis pupillos et orpha-
nos competit Nobili N. nobilis olim N. filio eius minorenni
uum ex Honesta N. ipsius olim coniuge procreato tanqm
heredi olim dicti demortui N. bona certa fundi in iurisdi-
ctione Civili N. habentis inhaerendo testamentariae ordinatio-
ni dicti olim N. a nobis confirmatae ratione eorundem bonorum
Civilium iuri Maideburgen subiectorum in tutricem et bo-
norum eorundem mobilium et immobilium in iurisdictione civili N.
consistentium administratricem Honestam N. ipsius N.
matrem olim unacum Famatis N. N. civibus Aureculis
ipsius N. dari et constitui esse putavimus uti quidem da-
mus et constituimus hisce literis nostris dari et conce-
dendam praedicto N. qui testamento dicti N. tutrix est
constituta quam etiam adiunctis a nobis memoratis contuto-
ribus illius plenam ac omnimodam facultatem bona di-
cta eius ipsius pupilli administrandi tuendi eorum nomi-
ne iure agendi praedictum pupillum ~~...~~ educandi bono et
commodo illius providendi ac alia omnia et singula bonorum
tutorum officia iure Maideburg. descripta exercendi offi-
cioque bonorum inventarium faciendi ita tamen ut tenea
eidem pupillo postea quam ad annos olim aetatis pervenerit

407